# BOLETÍN OFICIAL

DEL

## OBISPADO DE ORIHUELA

AÑO XL — 3 de Diciembre 1924 — NÚM. 16



ORIHUELA
Imprenta de Vda. de C. Payá
1924

(c) Ministerio de Cultura 2006

## SUMARIO

### Sección Oficial

**Obispado de Orihuela**: Circular sobre el «Día de Plegaria nacional», pág. 390,

### Sección doctrinal y jurídica

S. Penitenciaría Apca.: Avisos para el uso de las facultades concedidas a los confesores durante el Año Santo, 391.—Comisaría General de la Bula de la S. Cruzada: Las gracias y privilegios de la S. Bula durante el Año Santo, pág. 398.

### Disposiciones del poder civil

Ministerio de G. y J.: Registro Civil- R. O. recordando la disolubilidad del Matrimonio católico y el carácter de leyes del reino que tienen el Conc. de Trento y el Código de D. Canónico, 399.

### Vida Diocesana

Relación de los ornamentos y ropas que las Sras. y Srtas. Camareras del Ssmo. dedican a las Iglesias y Ermitas de esta Diócesis, 400.

S. O

*Excmo. y Rvdmo. Sr. Obispo de esta Diócesis*
*Palacio Episcopal de*

*ORIHUELA*

(c) Ministerio de Cultura 2006

Año XL 3 Diciembre 1924 Num. 16

# Boletín Oficial
DEL
# OBISPADO DE ORIHUELA

## *FESTIVIDAD*
*DE*
## SAN FRANCISCO JAVIER

Con motivo de la fiesta onomástica del Reverendísimo Prelado, se complace el BOLETIN ECLESIASTICO DEL OBISPADO en reiterar a S. E. R. el homenaje de su adhesión filial y respetuoso afecto, haciéndose intèrprete de los sentimientos de todos los Sacerdotes y fieles de esta Diócesis.

(c) Ministerio de Cultura 2006

## *Sección Oficial*

# OBISPADO DE ORIHUELA

## CIRCULAR NUM. 22

### Sobre el "Día de Plegaria Nacional por la paz y bienestar de la Patria."

En conformidad con el acuerdo de los Rvmos. Metropolitanos, reunidos en Madrid, ordenamos se celebre un día de Plegaria nacional en todas las Iglesias de nuestra diócesis en la fiesta de la Inmaculada o en un día de su octava, con Misa de comunión general y Exposición del Ssmo. Sacramento y por la tarde Rosario Bendición y reserva, para impetrar del cielo la consecución de los ideales de paz y bienestar de la Patria, el éxito feliz de nuestro glorioso Ejército y la eterna recompensa de los que han sucumbido en la campaña de Africa.

A la vez, se hará en el mismo día una colecta con destino al «Aguinaldo del soldado», entregando los señores Curas el producto de la misma en el centro de recaudación más próximo.

Orihuela 3 de Diciembre de 1924.

† **Javier**, *Obispo de Orihuela.*

(c) Ministerio de Cultura 2006

# *Sección doctrinal y jurídica*

## S. Penitenciaría Apca.

### MONITA

DE USU FACULTATUM CONFESSARIIS PER ANNUM SANCTUM TRIBUTARUM DEQUE RATIONE INDULGENTIAE IUBILAEI LUCRANDAE, AD NORMAS CONSTITUTIONUM BENEDICTI XIV ET LEONIS XIII EXARATA, AUCTORITATE SSMI. D. N. PII PP. XI AD HODIERNAM DISCIPLINAM ACCOMMODATA EIUSQUE IUSSU EDITA.

Constitutione Apostolica *Si unquam,* die XV huius mensis lata, poenitentiariis minoribus aliisque in Urbe et suburbio confessariis facultates tribuuntur sane amplissimae, quibus adeptio iubilaris veniae facilior tutiorque reddatur. Summopere autem interest ut iidem poenitentiarii et confessarii facta sibi potestate prudenter utantur, ne tantarum largitio gratiarum ea vi eoque careat effectu, quem Sancta Mater Ecclesia indicendo piaculari anno sibi misericorditer proposuit.

Vestigia igitur decessorum suorum persecutus, qui huic necessitati sapientissime superiore aetate consuluerant, SS. D. N. Pius Papa XI decrevit, eorum monita, ad praesentem disciplinam accommodata, prouti infra exponuntur, retinenda esse et singulis, sive Ordinariis sive confessariis ecclesiarumque rectoribus, accurate servanda.

I. Confessarii praediscant ac memoria teneant indicem peccatorum, censurarum, poenarum inpedimentorumque omnium, quorum absolutio vel dispensatio in facultatibus sibi concessis non comprehenditur; si qua autem eiusmodi occurrerint, meminisse eos oportet, non aliter posse se poenitenti providere quam iis religiose servatis quae Codex praescribit can. 2254, 2290, 1045 § 3; servato praeterea—si confessarii non sint ex poenitentiariis pro Iubilaeo deputatis—can. 990 § 2.

II. Attendant praecipue, facultates extraordinarias sibi tributas exercere se valide posse tantummodo erga poenitentes qui confessionem peragant ad iubilaeum lucrandum praes-

(c) Ministerio de Cultura 2006

criptam, atque unice in confessione sacramentali, nisi aliud concessio ipsa ferat. Ad locum autem quod attinet, quo licite vel etiam valide iubilarem confessionem audiant, servent tum Codicis praescripta, tum Ordinarii loci mandata, tum denique ea quae in ipso facultatum suarum indice statuta sunt.

III. Sua cuique, iubilaei causa confitenti, sacramentalis poenitentia imponatur ad normas a theologis communiter traditas; nec ab ea imponenda, ut quae sacramenti integritatem compleat, idcirco confessarii se abstineant, quia poenitentem tam bene dispositum animatumque invenerent, ut coniicere sibi iure liceat, eum plenissimam iubilaei veniam ese consecuturum. Nec in sacramentalem satisfactionem opera aliunde iniuncta, etiam pro ipso iubilaeo, poenitenti imperent, nisi quo casu, spectata eius fragilitate, aliter provideri omnino nequeat.

IV. Si quis in occultas censuras ob partem quoquo modo laesam inciderit, eum ne ante absolvant, quam parti laesae, etiam scandalum reparando damnumque sarciendo, satisfecerit; aut saltem, si eiusmodi satisfactionem praestare non possit, vere graviterque promiserit se, cum primum licuerit, satisfacturum.

V. Si quando agatur de publicis censuris, quarum absolutio est poenitentiariis minoribus commissa, hi iniungendae satisfactioni haud aliter consulant, quam secundum praxim Poenitentiariae Apostolicae; ad huius vero Officium poenitentem dirigant cum suo de impertita a se censurae absolutione testimonio, in quo quidem poenitentis nomen, cognomen, dioecesim et censuram, in quam inciderat, publicam, cum plena eius venia, conscripserint. Officium autem S. Poenitentiariae poenitentem ad Ordinarium remittet, tradito Rescripto, quo testificabitur illum fuisse a publica eiusmodi censura in foro sacramentali absolutum, ut possit, ad can. 2251, haberi tamquam absolutus in foro externo. Teneatur tamen poenitens, sub poena reincidentiae, parere reliquis Ordinarii mandatis, cui religioni esto clementius mitiusque cum reo agere, quem publice in romana peregrinatione poenituit.

(c) Ministerio de Cultura 2006

VI. Eos qui, ad finem quoquo modo malum, monialium clausuram violaverint, in casibus etiam occultis, prohibeant nomine Apostolicae Sedis quominus in posterum ad illud monasterium eiusque ecclesiam accedant, moneantque praeterea eos ita a censuris absolutos esse, ut, si prohibitionem neglexerint, in easdem eo ipso relabantur. Quodsi, pro poenitentis et rerum locorumque adiunctis, imponi ac servari ea prohibitio nequeat, consulatur Emus. Cardinalis Poenitentiarius Maior, qui, pro sua prudentia, quotiescumque necessitas id postulare videbitur, ea in re dispensabit.

VII. Religiosos vero, qui suam, mulieres introducendo, clausuram, similiter ad finem graviter malum, violaverint, ita a censuris, in quas iidem inciderint, absolvant, ut firma atque integra consistat officii et vocis activae ac passivae privatio, qua forte, ad can. 2342, 2.°, in poenam mulctati iam sint.

VIII. A lectione librorum prohibitorum, eorum praesertim qui in can. 2318 § 1 sub excomunicationis poena vetantur, ne quemquam absolvant, nisi is libros, quos penes se retinet, Ordinario aut confessario ipsi aut alii, qui facultatem eosdem retinendi babeat, ante absolutionem tradiderit; sin minus, se eos, cum primum potuerit, destructurum aut traditurum, serio promiserit.

IX. Religiosos, apostatas a religione, ab excommunicatione can. 2385 lata ne absolvant, quandiu extra Ordinem permanserint; attamen, si ii firmum habeant propositum ad religionem suam redeundi, congruo iisdem praefinito ad id exsequendum tempore, in foro interno absolvant, ea conditione ut in censuram recidant si intra praefinitum tempus ad religionem non redierint. At ii moneantur, se quamdiu extra suae religionis domum commorentur, ab actibus legitimis ecclesiasticis excludi, privilegiis omnibus suae religionis privari, Ordinario loci commorationis subiici, atque obnoxios esse, etiam postquam redierint, aliis poenis in can. 1385 statutis. Quotiescumque vero agitur de illo egressu, de quo in can. 646, si poenitens, rite dispositus, foro interno absolvi potuit, remittatur, eo prorsus modo qui n. V describitur, ad Officium S. Poeni-

(c) Ministerio de Cultura 2006

tentiariae, a quo, ob opportuna remedia, ad Supremam Congregationem S. Officii deferendus erit.—Religiosus autem fugitivus, etiamsi ex Constitutionibus suae religionis in excommunicationem inciderit, absolvi, rite dispositus, in foro interno poterit, imposita obligatione ad religionem quam primum redeundi, eadem ratione eademque sub reincidentiae poena, ac pro apostatis a religione cautum est: praeterea, si sit in sacris, ea lege, ut suspensionem observet can. 2386 statutam.

X. Quodsi eiusmodi vel a religione apostatae vel fugitivi dixerint, velle se, antequam ad religionem suam revertantur, poenarum mitigationem a Superioribus impetrare, in hoc quidem casu ne absolvantur, sed ad Superiores suos remittantur.

XI. Clerici in sacris Ordinibus constituti, qui delictum patraverint de quo in can. 2388, quotiescumque rite dispositi et scandalum reparare parati animo sunt, poterunt quidem absolvi, sed per S. Poenitentiariam, ut n. IX dicitur, ad S. Officium, tamquam irregulares, remittendi sunt.

XII. Etiamsi omnes Christi fideles, cuiusvis ordinis et gradus, ad Almam hanc Urbem, lucrandi iubilaei causa, advocentur atque invitentur, nulli tamen putent sibi datam, eorum, quorum interest, venia vel consensu posthabitis, adeundae Urbis libertatem. Itaque uxores et viri caveant, ne sua peregrinatio gravia familiae incommoda afferat; invitos, vicissim, parentes filii ne deserant. Episcopi ab dioecesi sua ne discedant, si qua gregi detrimenta metuant; sacerdotes ac reliqui de clero ne romanum iter ingrediantur, nisi Curia eos sua litteris munierit; religiosis, denique, peregrinari non licebit, nisi venia legitime a Superioribus impetrata, quos tamen dedeceat nimium se morosos praestare ac difficiles, et hortationem Benedicti XIV neglegere, qui in Lit. Enc. *Apost. Const.*, die 26 mensis iunii anni 1749 datis, § 7, «hac in re benigniores» eos futuros fuisse confidere se declarabat.

XIII. Confessio et Communio ad lucrandam piacularis Anni veniam imperatae nihil refert utrum visitationibus quattuor Basilicarum antecedant, an interponantur vel suc-

(c) Ministerio de Cultura 2006

cedant; unum refert et necesse est, ut postremum ex praescriptis opus, quod etiam Communio esse potest, in statu gratiae, ad can. 925 § 1, compleatur. Si quis igitur post confessionem peractam, ultimo nondum completo opere, in letale rursus inciderit, iteret confessionem oportet, si sacram synaxim debet adhuc suscipere; secus, satis erit, ut, actu contritionis perfectae elicito, cum Deo reconcilietur.

XIV. Visitationes quattuor Basilicarum iis, qui, e sententia canonis 91, *incolae* sunt vel *advenae* intra Urbem aut intra fines paroeciarum quae in suburbio comprehenduntur, *vicies* peragendae sunt; *decies*, contra, omnibus, qui partes agri romani iis paroeciarum terminis finitimas incolunt, ut ceteris peregrinis.

XV. Ex decreto a Suprema Congregatione S. Officii lato die 26 mensis ianuarii anni 1911, quod can. 923 confirmatum est, praescriptae quattuor Basilicarum visitationes—nec refert quo ordine fiant—peragi queunt «a meridie diei praecedentis usque ad mediam noctem quae statutum diem claudit», licet concessionis documentum aliud sonare videatur, facta horarum supputatione secundum can. 33 § 1. Completa igitur quartae Basilicae visitatione, licebit, ut patet, a meridie et deinceps eiusdem Basilicae visitationem iterare, ad inchoandam seriem visitationum insequentis diei. Necesse, ceteroqui, non est invisentibus, ut per Portam Sanctam in Basilicas ingrediantur aut de iis exeant; immo etiam, Basilicis clausis vel aditu ad eas quavis de causa impedito, satis erit ad earundem fores vel gradus Deum exorare. At visitatio pia ac devota sit oportet, idest facta animo Deum colendi; quem quidem animum ipsa exterior reverentia aliquo modo patefaciat.

XVI. Praeter Basilicarum visitationes, ad Indulgentiam Iubilaei lucrandam preces quoque praescribuntur pro Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione et ad mentem Summi Pontificis, scilicet ad eos fines, quos Romanus Pontifex edixit, praecipue in Bulla Indictionis, velle se a Christi fidelibus Deo commendari. Quae quidem preces, quamvis in singulis visitationibus iterari pie soleant, ab his tamen seiungi possunt; neque hoc precum officio atque onere exsolvitur quisquis ex peculiari

(c) Ministerio de Cultura 2006

indulto aut ex commissa Ordinariis confessariisve facultate a complendo statuto visitationum numero sit legitime dispensatus, etsi non cogitur toties preces iterare quot numero fuerint condonatae visitationes. Sufficit, ceteroqui, implicite et generatim ad mentem Romani Pontificis orare, oratione non quidem mentali, sed vocali, pro fidelium arbitrio deligenda, ut can. 924 § 1 edicitur, vel alternis cum socio; ex communi autem sententia officio huic satisfacit quicumque orationem dominicam, salutationem angelicam et doxologiam quinquies recitaverit. Mutis cannoe 936 consulitur.

XVII Cum Ssmus. D. N. Pius Pp.XI benigne concesserit, ut in Urbe et suburbio quicumque semel Iubilaei indulgentiam sibi acquisiverit, is possit deinde animis defunctorum expiandis toties eam lucrari quoties iniuncta opera perfecerit, eam iterum iterumque profecto lucrabitur quisquis iterum iterumque opera praestiterit aut in Bulla Indictionis imperata aut, vi supervenientis Indulti vel dispensationis commutationisve legitimae, iis ipsis suffecta,sive praestare ante ad Bullae Indictionis praescriptum coeperit, deinde ad indulti formam perrexerit, sive ante ad unius indulti, deinde ad posterioris indulti, etiam diversi, formam praestiterit. Si quod autem supervenerit indultum, quo visitationum numerus, ab initio paescriptus, ad minorem redigatur, qui hunc nondum attigerit, visitationes ante peractas ad complendum numerum imputet; qui, contra, numerum ita imminutum iam attigerit aut excesserit, unam saltem novam quattuor Basilicarum visitationem, ut indulto fruatur, adiungat.—Qui autem, iustis de causis aut deminutione, praescripti visitationum numeri aut commutatione, pluris quoque, a confessario impetrata, semel Iubilaeum acquisiverit, eum alias exinde deminutiones aut commutationes impetrare nefas esto, ita ut prioribus tantummodo concessionibus toties postea uti frui possit quoties velit Iubilaei indulgentiam defunctorum animis applicandam lucrari.—Quod vero attinet ad absolutionem a censuris ad aliasque dispensationis vel commutionis gratias,si cui forte harum necessitas occurrerit postquam omnia praescripta ad lucrandum Iubilaeum opera implevit,concessu Sanctitatis Suae possit is se-

(c) Ministerio de Cultura 2006

mel iisdem gratiis uti frui. Verumtamen quicumque absolutionem a censuris aliasve dispensationis vel commutationis gratias tum impetravit cum, primum, Iubilaei veniam lucratus est, si quidem denuo in censuram inciderit et reservatum casum admiserit aut novis votorum dispensationibus commutationibusve indigeat, a facultate is decidat Iubilaei iterum acquirendi atque a confessario ad usitatas Codicis normas tractetur. Integrum interea iviolatumque esto, quibus, a romana peregrinatione stabili impedimento prohibitis, Constitutione *Apostolico muneri*, pridie huius diei data, concessum est, ut extra Urbem possint, operibus iteratis, quae ab Ordinario vel a confessario suffecta sint, semel et bis tantum Iubilaei indulgentia frui, iis omnibus haud licere praeterea—quod, contra, iis licet qui in Urbe aut suburbio, item impedimento detenti, commorantur—toties in defunctorum suffragium eandem indulgentiam acquire, quoties opera suffecta repetant.

XVIII. Absolutiones a censuris, si eas excipias quae datae sint ad reincidentiam, itemque commutationes votorum et dispensationes, ex facultatibus extraordinariis, per piacularem Annum, confitentibus Iubilaei causa, semel concessae, in suo robore permanent et consistunt, etiamsi qui eas, sincero animo Iubilaeum lucrandi, impetravit, deinde, mutato proposito, cetera opera imperata intermiserit atque ab eo acquirendo destiterit.

XIX. Suspensio facultatum, per Constitutionem *Ex quo primum*, die quinto huius mensis latam, indicta ac denuntiata, ad Urbem eiusque suburbium minime pertinet, cum summopere intersit, per Annum Sanctum heic sacrorum operariorum copiam et auxilia poenitentibus e culparum caeno ad divinam gratiam revocandis nec imminui nec deficere. Quisquis igitur Romae eiusmodi facultatibus sit legitime munitus, eas per piacularem annum in Urbe et suburbio, intra fines concessionis sibi factae et temporis sibi praestituti, libere exerceat.—Ad indulgentiarum suspensionem quod attinet, eadem Constitutione *Ex quo primum* indictam, cum Apostolica Sedes iam dudum decreverit, nonnullas indulgentias ab usitata per Annum Sanctum suspensione eximi, SS. D. N. eiusmodi indulta seu

(c) Ministerio de Cultura 2006

privilegia, etsi de iis in memorata Constitutione siletur, non revocat, modo authentice constet, ea ipsa fuisse et revera et in perpetuum concessa, ad can. 70, 71 et 60 § 2.

XX. Cum quattuor Basilicarum visitatio non sit opus per se praeceptum, sed tantummodo iis impositum qui libere velint Iubilaei veniae participes fieri, id visitationis onus, quotiescumque a confessariis privilegiatis debet, ex rationabili causa, totum vel ex parte poenitentibus remitti, ne commutetur in alia opera, quae ad peragenda poenitens sit alio obligationis proprie dictae titulo adstrictus.

XXI. Confessarii extra Urbem, qui facultatibus extraordinariis, Iubilaei causa, per Constitutionem *Apostolico muneri* donati sunt, sciant, sibi licere hisce Monitis eatenus uti, quatenus ipsis applicari possint.

Haec igitur sunt *Monita,* quae ad praesentis disciplinae condicionem innovari atque in lucem edi iussit Ssmus. Dominus Noster Pius Pp. XI, ut constans et tuta omnibus praesto sit interpretatio et facultatum, quae vigebunt, et operum, quae praestanda sunt ad veniam Iubilaei consequendam, per proximum piacularem Annum.

Datum Romae ex Aedibus Sacrae Poenitentiariae, die XXXI mensis iulii, anno MDCCCCXXIV.

O. Card. Giorgi, *Poenitentiarius Maior.*=L. ✠ S.=Silvius Fagiolo, *S. Poenitentiariae a Secretis.*

(*Acta Apostolicae Sedis—1924, pág. 337*).

# Comisaría General de la Bula de la S. Cruzada

## Las gracias y privilegios de la Bula durante el Año Santo

*Circular del Emmo. Sr. Card. Reig, Comisario general de la Bula de la Cruzada en España.*

«Como quiera que por razón del Jubileo quedan suspendidas fuera de Roma las indulgencias y facultades de dispensar y absolver *in utroque foro,* durante el año jubilar, acudimos

(c) Ministerio de Cultura 2006

oportunamente en súplica a nuestro Santísimo Padre para que se exceptuaran de dicha suspensión las gracias y privilegios concedidos a España en virtud de la Bula de Cruzada.

Benignamente Su Santidad se ha dignado acceder a nuestro ruego, y en su virtud, plénamente, como en los años anteriores, permanecerán en vigor las gracias y privilegios que por la Bula se conceden.»

(Del *Boletín Oficial Eclesiástico* de Toledo, 3-XI-24)

# *Disposiciones del poder civil*

## Ministerio de Gracia y Justicia

### REGISTRO CIVIL

*Real orden recordando la indisolubilidad del Matrimonio católico y el carácter de leyes del Reino que tienen el Concilio de Trento y el Código canonico.*

Ilmo. Sr.: Vista la instancia de D. X. quien solicita que se le instruya sobre las formalidades exigidas por las leyes españolas para la celebración del matrimonio que intenta contraer con una señora, hija de padres españoles y divorciada de un súbdito inglés con el cual estuvo casada canónica y civilmente.

Visto el artículo 47 del Reglamento para la ejecución de las leyes de Matrimonio y Registro civil, así como la Real orden de 9 de junio de 1902.

Esta Dirección general ha acordado remitir, por el autorizado conducto de V. I., al Consul de la Nación en Rabat, la instancia recibida, a fin de que instruyan al firmante de ella de las disposiciones citadas para que use de su derecho, si le conviniere, y si se trata de dispensar alguno de los enumerados impedimentos del artículo 85 del Código civil, único asunto en que puede entender este Centro en la vía y forma previstas: así como tanbién de que en España y entre ciudadanos

(c) Ministerio de Cultura 2006

españoles son imposibles los matrimonios de personas unidas con vínculo matrimonial canónico-católico anterior (núm. 5º. del artículo 83 del Código civil), si se trata de matrimonio civil, o del canónico según las disposiciones del nuevo *Codex*, confirmatorias de la Sesión XXIV del Santo Concilio de Trento, ambos Cuerpos legales, leyes también del Reino en la materia según Real Cédula de 12 de julio 1564 y Real decreto de 19 de mayo de 1919.

De Real orden, comunicada por el Sr. Ministro de Gracia y Justicia, lo digo a V. I. para su conocimiento y efectos oportunos.

Dios guarde a V. I. muchos años.—Madrid, 22 de noviembre de 1922.—El Director general, A. DE LAS ALAS PUMARIÑO.

*Ilmo. Sr Subsecretario del Ministerio del Estado.*

---

# *Vida Diocesana*

## RELACIÓN de los ornamentos y ropas que las Señoras y Señoritas Camareras del Santísimo dedican a las Iglesias y Ermitas de esta Diócesis

*Parroquia de Desamparados.*—Un paño de hombros, estola de Bautismo, toalla de sacristía, roquete grande, amito, y lavabo.

*Parroquia de Dolores.*—Casulla verde y roquete grande.

*Padres Capuchinos de Orihuela.*—Roquete grande, estola blanca, palia e hijuela.

*Religiosas Carmelitas del Sagrado Corazón, Caudete.*—Capa blanca.

*Parroquia de la Marquesa.*—Casulla verde, estola negra y fiadores.

*Ermita de Arneva, Orihuela.*—Casulla negra, amito y toalla de sacristía.

(c) Ministerio de Cultura 2006

*Ermita de Cabello, Orihuela.*—Purificadores, lavabos y amito.

*Parroquia de Hondón de los Frailes.*—Alba y cíngulo.

*Colegio de San José de Orihuela.*—Capa blanca, toalla de sacristía, purificadores, amito y cuellos.

*Parroquia de Campello.*—Casulla blanca y estola de Bautismo.

*Asilo de San José de Benimagrell.*—Casulla encarnada y roquete grande.

*Hermanas de la cocina económica de Alicante.*—Casulla morada, corporales y toalla de sacristía.

*Parroquia de Bigastro.*—Bolsita del santo Viático, cubre copón y purificador de custodia.

*Parroquia de Casas del Señor.*—Una capa negra.

*Parroquia de Agost.*—Casulla verde.

*Religiosas Carmelitas de Novelda.*—Una capa blanca,

*Ermita del Salvador de la Canalosa.*—Capa blanca.

*Parroquia de Hondón de las Nieves.*—Casulla morada y dos purificadores.

*Ermita de Moserrat de Muchamiel.*—Un alba y cíngulo.

*Iglesia del Ex-convento, Muchamiel.*—Casulla blanca.

*Parroquia de San Juan.*—Casulla blanca.

*Parroquia de Algueña.*—Estola de Bautismo, cubre copon, lavabos y toalla de sacristía.

*Parroquia de Monforte del Cid.*—Un mantel, dos roquetes pequeños, amito y lavabo.

*Ermita de San Roque, Monforte del Cid.*—Casulla negra.

*Iglesia de Montesinos.*—Capa negra, bolsita del santo Viático, y cubre copón.

*Ermita del Santo Sepulcro, Bigastro.*—Un mantel, purificadores, lavabo y cortinilla de Sagrario.

*Religiosas Oblatas de Alicante.*—Casulla blanca.

*Parroquia de la Romana.*—Alba, cíngulo y purificadores.

*Iglesia del Sagrado Corazón de Jesús, Novelda.*—Una capa negra, corporal de custodia, purificadores, lavabos, amito, palia, hijuela y cuellos.

(c) Ministerio de Cultura 2006

*Parroquia de Guardamar.*—Capita del santo Viático, bolsita del santo Viático, corporales y purificadores.

*Parroquia de S. Juan Bautista de Benalúa.*—Capa negra.

*Ermita de los Dolores, Callosa de Segura.*—Capa blanca.

*Parroqia de Santa-Pola.*—Una capa negra.

*Ermita del Calvario, Santa-Pola.* — Purificadores, alba, cíngulo y cubre copón.

*Parroquia del Pilar de la Horadada.*—Casulla negra y roquete grande.

*Religiosas Carmelitas, Santa-Pola.*— Casulla morada, roquete grande y toalla de sacristía.

*Siervas de Jesús, Alicante.*—Capa morada.

*Religiosas de Santa Lucía, Orihuela.*—Paño de hombros y dos roquetes pequeños.

*Ermita de San Miguel, Orihuela.*—Capa negra, estola morada, estola negra,purificadores, lavabos y roquete grande.

*Religiosas de la Santísima Faz.*—Casulla blanca.

*Asilo de las Hermanitas de los Pobres, Elche.* — Casulla encarnada.

*Parroquia de Valverde.*—Un mantel y cubre copón.

*Hospital de Elche.*—Casulla negra, capita del Sto. Viático, bolsita del santo Viático.

*Parroquia de Altet.*—Una casulla blanca-y dos roquetes pequeños.

*Religiosas Carmelitas de Elche.*—Una casulla negra.

*Ermita de San Antonio, Elche.*—Uu mantel.

*Ermita de Santa Bárbara, Ayora.*—Casulla blanca, corporales, purificador y lavabos.

*Iglesia de Santa Lucía, Ayora.*—Un mantel.

*Parroquia de Benijófar.*—Uu alba y cíngulo.

*Parroquia de Crevillente.*—Uu alba y cíngulo.

*Ermita del Santo Angel, Crevillente.*=Casulla morada.

*Ermita de la Trinidad, Crevillente.*—Casulla blanca.

*Ermita de la Purísima, Crevillente.*--Casulla verde.

*Religiosas de María Auxiliadora, Alicante.*—Una casulla encarnada.

(c) Ministerio de Cultura 2006

*Parroquia de San Vicente.*—Un mantel y cubre copón.

*Una ermita del partido de San Vicente.*—Un roquete grande, amito, purificadores, lavabos y toalla de sacristía.

*Ermita de la Cañada, San Vicente.*—Casulla blanca, corporales, purificador y lavabo.

*Ermita de San Sebastián, Elche.*—Un roquete grande y dos amitos.

*Ermita de Santa Bárbara, Elche.*—Un mantel y dos purificadores.

*Parroquia de Hurchillo.*—Un paño de hombros negro, estola de Bautismo y un roquete grande.

*Ermita de las Heredades, Almoradí.*—Capa blanca.

*Ermita de Falcones.*—Un alba, cíngulo y roquete grande.

*Parroquia de San Miguel de Salinas.*—Casulla verde, cíngulo verde, toalla de sacristía, purificadores y cuellos.

*Ermita de la Cruz, Murada.*—Casulla blanca, amito, corporales, palia e hijuela.

*Parroquia de la Misericordia, Alicante.*—Casulla negra y estola de Bautismo.

*Padres Salesianos, Campello.*—Casulla morada.

*Parroquia de Nuestra Señora de Gracia, Alicante.*—Un mantel, casulla blanca y dos roquetes pequeños.

*Asilo del Remedio, Alicante.*—Casulla morada.

*Ermita del Cementerio viejo, Novelda.*—Casulla blanca.

*Ermita de Ubeda, Monóvar.*—Un alba, cíngulo, corporales y purificadores.

*Emita de San Roque, Monóvar.*—Un mantel, purificadores y cuellos.

*Iglesia del Ex-convento, Monóvar.*—Casulla blanca y paño de hombros.

*Capilla de la Calle de Arriba, Orihuela.*—Un mantel.

*Parroquia de Iangel.*— Casulla verde y paño de hombros.

*Iglesia de la Merced, Orihuela.*—Una capa blanca.

*Parroquia de San Francisco del Molar, Elche.*—Casulla blanca, paño de hombros y roquete grande.

*Religiosas Carmelitas Terciarias, Orihuela.*—Una casulla blanca.

(c) Ministerio de Cultura 2006

*Parroquia de Aparecida.*—Casulla verde y bolsita del santo Viático,

*Ermita del Rosario, Callosa de Segura.*—Casulla blanca, cubre copón, estola blanca y corporales.

*Parroquia de Molins.*—Capa blanca, purificadores y cuello.

*Parroquia de Rojales.*—Capita del santo Viático, bolsita del santo Viático y cubre copón.

*Ermita del Pilar de Orihuela.*—Un mantel.

*Ermita de la Concepción, Aspe.*—Una capa blanca.

*Religiosas de San Juan, Orihuela.*—Casulla blanca y purificadores.

*Iglesia del Carmen, Alicante.*—Un alba, cíngulo y amitos.

*Pades Franciscanos de Orihuela.*—Roquete grande, corporal de custodia, amito y lavabo.

*Ermita de la Cruz del camino de Beniel, Orihuela.*—Casulla encarnada, purificadores.

*Parroquia de Villafranqueza.*—Purificadores, lavabos, corporales y bolsita del santo Viático.

*Parroquia de Redován.*—Un roquete grande, amito, lavabo, purificador, palia e hijuela y cubre copón.

NOTAS:—1.ª Se suplica a los señores curas y a todos los que deseen algo para las Iglesias y Ermitas, hagan la petición desde el primero de Enero hasta el 30 de Junio; todas las que se hagan fuera de esta fecha quedarán para el año siguiénte.

2.ª A causa de la carestía de los ornamentos no se darán dalmáticas, ni capas azules ni verdes, a fin de acudir a lo mas necesario. Tambien se avisa a los Rvdos. Curas Párrocos que en el reparto de ornamentos y ropas, serán preferidas las Parroquias Rurales y de entrada a las demás, y no se favorecerá dos años seguidos a una Iglesia o Parroquia a no ser una verdadera necesidad.

Imprenta de Viuda de Cornelio Payá.—ORIHUELA

(c) Ministerio de Cultura 2006

# TARIFA DE ANUNCIOS

*EN LAS CUBIERTAS DEL*

## *Boletín Oficial Eclesiástico de la Diócesis de Orihuela*

**Plana entera**

Una inserción 20 pesetas.
De 2 a 6 inserciones 15 pesetas inserción.
De 7 a 12 íd. 12 íd. íd.
Todo el año 150 pesetas.

**Media plana**

Una inserción 15 pesetas.
De 2 a 6 inserciones 10 pesetas inserción.
De 7 a 12 íd. 8 íd. íd.
Todo el año 100 pesetas.

**Un tercio de plana**

Una inserción 12 pesetas.
De 2 a 6 inserciones 9 pesetas inserción.
De 7 a 12 íd. 7 íd. íd.
Todo el año 90 pesetas.

**Un cuarto de plana**

Una inserción 10 pesetas.
De 2 a 6 inserciones 8 pesetas inserción.
De 7 a 12 íd. 6 íd. íd.
Todo el año 75 pesetas.

ADVERTENCIAS:=1.ª Cada inserción satisfará además 0'10 pesetas de impuesto por sello móvil.

2.ª La colocación de anuncios la dispondrá el Director del *Boletín* sin que el anunciante tenga derecho de preferencia para la colocación de su anuncio si no abona el 10 por 100 sobre la tarifa elegida.

(c) Ministerio de Cultura 2006

# ANTIGUA Y ACREDITADA FUNDICION DE CAMPANAS

DE

# Constantino de Linares, hijo

**(Sucesor de Eduardo de Linares)**

CARABANCHEL BAJO.—MADRID.




Se refunden las campanas rotas con el mismo metal, forma, sonido y peso que antes tuvieren, o se envìan las nuevas a cambio de las rotas, como quieran nuestros clientes.

Se responde de la buena aleación, que será sólo cobre y estaño, y puede comprobarse por medio de un análisis; se garantizan las nuevas campanas por tiempo de quince años, si se rompieran queda obligada la Casa fundidora a fundir otras gratuitamente, por lo que se extenderá un contrato triplicado si fuese necesario: uno para la Secretaría de Cámara, otro para el cliente y otro para la Casa constructora.

Se construyen nuevos modelos de yugos metálicos muy sólidos y de gran duración para el fácil volteo de las campanas, sin necesidad de subir a la torre por grande que sea la campana; un chico la puede voltear tirando de una cuerda desde abajo de la torre.

Construìmos cojinetes, rodillos, expresamente para el volteo,todo es especial de la casa con patente de invención; el pago será a plazos y al contado; los portes de ferrocarril en toda España son por cuenta de la Casa; construimos juegos de campanas musicales, llamadas carrillón.

Para fijar presupuesto lo más aproximado, manden los diámetros de filo a filo de las campanas rotas y la anchura y alto de los ventanales donde han de ir colocadas; aparato auto volteo eléctrico con patente de invención colocado en las nuevas Iglesias de los Padres Jesuítas de Gijón y Pasionistas de Santander.

Siempre hay campanas construìdas de peso de 5 a 60 arrobas para mandarlas tan pronto sean pedidas.

Esta Casa está recomendada por la mayoría de las Diócesis de España y Comunidades religiosas por el buen resultado de sus campanas y la seriedad del cumplimiento de sus contratos.

Para más detalles, se recomienda acudan a CONSTANTINO DE LINARES.

(c) Ministerio de Cultura 2006